

ciudinoris locus est? qui inter hæc trepidus U' mæsus est, nisi cui Spes & Fides deest? Ejus est enim mortem timere, qui ad Christum nolit ire: ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credit cum Christo incipere Regnare. Ultra non progedior, & ceteris parco. Constitutum quippe mihi est, integrum hoc Cypriani Opusculum in calce hujus mei adjicere, utpote splendidum præ ceteris testimonium doctrinæ illius, quam a tot Sæculis Ecclesia Romana servat & profitetur; dignum profecto, quod quisque Christi Fidelis ad manum habeat, & identidem relegat. Pergamus nos interea colligere, quæ supersunt, monumenta Ecclesiæ, ad Sæculum Christi IIII. spectantia, perspecturi, quantum ipsa dissideant a perniciosis Burneti placitis.

Acta authentica SS. Fructuosi & Eulogii Martyrum habemus, edita a Bollando ad diem XXI. Januarii, atque a Ruinarto recusa. Mortem pro Christo subiere Tarracone in Hispania Anno CCCLIX. In carcere quarta serua stationem solemniter celebraverant. Igitur sexta serua lætus atque securus festinabat Fructus, ut cum Martyribus & Proprietis in Paradiso, quem Dominus preparavit amantibus se, solveret stationem. Consummato Martyrio, solita Domini non desuere magnalia; apertumque est Cœlum, videntibus Babylon U' Migdonio fratribus nostris ex familia Æmiliani Præsidis. Qui etiam filie ejusdem Æmiliani ostendebant S. Fructuorum Episcopum cum Diaconibus in Cœlum ascendentibus coronatos. Hæc eadem confirmat S. Prudentius in Hymno VI. Libri II. p. 27. Tom in hæc verba desinit Actorum Scriptor Synchronus: O beati Martires, qui meruerunt dignam HABITATIONEM COELIS, AD DEXTERAM STANTES CHRISTI, benedicentes Deum Patrem omnipotentem, Dominum nostrum Jesum Christum Filium ejus. Suscepit autem Dominus Martires suos in pace per bonam confessionem. Postremo haec retinere volui: fæpe enim in Coemeteriis antiquissimis Romanis, atque aliarum Civitatum, occurrit formula hæc in Pace. Alludebant veteres Christiani ad versiculum Psalmi. IV. 9. In Pace in idipsum dormiam U' requiescam, spem Resurrectionis a Deo promissæ confirmantes, & pacem Dei cum fratribus & Ecclesia innuentes. Forum interea Animæ in Cœlis verbabantur, ad dexteram stantes Christi, benedicentes Deum Patrem &c. Quare intelligis, quale in Ecclesiis quoque Hispaniarum de hac re doctrina vigeret. Jam evulgarunt in Tom. IV. Maii, Socii Bollandiani Passionem S. Theodosii Aneyrani, qui ad superos abiit Anno Christi CCCIII. Nilus Scriptor coœvus, immo & testis oculatus, gloriosum illorum certamen descripsit. Ita vero illum fratres adstantes alloquebantur: Te quidem, postquam ab his ærumnis emigraveris, Celestia excipient Luminaria, Angelorumque & Archangelorum Gloria diversinoda, & Spiritus Sancti incommutabilis Claritas, ac Dominus noster Jesus Christus, residens ad Patris sui dexteram. Horum enim honorum causa tibi erit gloriosum ad magnum, quod instat, certanen &c. Ad diem quoque V. Junii in Aëcis Bollandianis habemus agonem Martyrum Ægyptiorum Marciani, Nicandri, & sociorum.

Quo